





THESES CANONICO-JURIDICAE PRO DISPUTATIONE INAUGURALI, 1690, 2

44.

4

DE FORO COMPETENTI,

Quas

Protectore Dno JESU, ejusq; magnâ matre MARIA tutrice
Sub praesidio

PRAE-ET NOBILIVM, GLARISSIMORVM, CONSULTISSIMORUMQUE VIRORUM ac DOMINORUM

D. WILHELMI KLEY J. U. Licentiati & Professoris Ordinarii & Juridicæ Facultatis Dictatoris,

Nec non

D. JOANNIS NABBEN J. U. Doctoris, Professoris Ordinarii ejusdemque Facultatis Fisci,
In alma Vniversitate Coloniensi publicè,

Oppugnandas proponit

PHILIPPVS Stückman condictus Porte
Richlinghusio Westphalus presbyter.
Die 15. Julij horâ & loco consveto.



Coloniæ Agrippinæ, Typis PETRI THEODORI HILDEN, Ven. Facult.
Juridicæ Typographi jurati & Ordinarii, Anno 1690.

13

THESES CANONICO-JURIS
BICAE PRO DISPUTATIONE
INAUGURALI

DE


FORO COMPETENTI

Philosophiae, Juris, et Theologiae
in Universitate
Lipsiensi

Philosophiae, Juris, et Theologiae
in Universitate
Lipsiensi

Philosophiae, Juris, et Theologiae
in Universitate
Lipsiensi

Philosophiae, Juris, et Theologiae
in Universitate
Lipsiensi



Philosophiae, Juris, et Theologiae
in Universitate
Lipsiensi





THE SIS PRIMA.



Misa variâ significatione fori , forum
competens dicitur tribunal ejus, cujus ju-
risdictioni reus subicitur, *Vall. h. t.* quod
desumitur ex tribus potissimum princi-
piis. Videlicet primo ex personâ Judicis.
Secundo ex persona rei. 3tio ex qualitate

causæ, *Eng h. t. in præmio.*

II.

EX persona Judicis competit forum, quia est Ordinarius
cap. 9. ext. de officio Ind. ordin. vel delegatus *L. unic.*
Cod. qui pro sua Jurisd. vel compromissarius, cap. 1. ext. h. t.
can. Iudices 4. XI. q. 1. vel quia prorogata est ejus jurisdictio,
cap. 12. § 18. h. eod. tit.

A 2

III.

III.

Actor sequitur forū rei, *l. fin. Cod. ubi in rem actio. can. si quisquam clericus* 16. *XI. q. 1. can. neminem III. q. 6.* quod desumitur ex domicilio habitationis perpetuæ, *cap. dilecti* 17. *ext. h. t.* in quo etiam quis conveniri potest ratione rei alibi gestæ aut sitæ, *panor. in cap. fin. n. 38. h. t.*

IV.

Habens verum domicilium in quasi domicilio non convenitur, *Arg. l. heres absens 19. ff. de Jud. excipe tamen studiosos, qui tam in quasi domicilio, quam omnibus aliis ex quibus competentia fori constitui potest, gaudent privilegio, auth. habita Cod. ne filius pro patre, non habens verum domicilium in quasi domicilio etiam convenitur ratione rei alibi gestæ, panor. in cap. quod clericis 9. n. 5. h. t. vagi ubicunque reperiuntur in jus trahi possunt, Matt. Steph. de officio Iud. p. 1. c. 8. n. 31.*

V.

Situatio rei petitæ constituit competentiam fori, *cap. sane 3 h. t. l. fin. Cod. ubi in rem act.* nec refert res mobilis sit an immobilis *L. quod legatur 38. ff. de Iud. dummodo custodia causa ibi non sit constituta.*

VI.

Contractus quilibet uti etiam quasi contractus facit forum competens in loco in quo initus est, *cap. fin. ext. h. t. L.*

t. *L. hæres absens* 19. §. 1. & 2. *de Jud.* non aliter tamen quam si in loco contractus reperiatur contrahens, *cap. romana* §. *contrahentes h. t. in 6to.*

VII.

ADvena vel viator non convenitur in loco contractus, si cum eo contrahens eum talem esse sciat, nisi ibidem tabernulam, pergulam, horreum, aut armarium conduxisset, *L. cit.* 19. §. 2. *ff. de lud.* aut quæ in contractum veniunt mox ad implenda sint, aut de fugâ, vel mutatione domicilii suspectus sit, aut postmodum redierit ad locum contractus ibidemque moram traxerit, *Eng. h. t.* §. 3, n. 22.

VIII.

EX delicto quilibet sortitur forum in loco ubi deliquit, *Auth. quâ in provincia Cod. ubi de crim.* ita ut graviter delinquentes ad requisitoriales Judicis loci delicti eidem remitti debeant, *L. solent* 7. *ff. de custod.* & *exhibit. reor. nov.* 134. c. 5. potest tamen delinquens etiam puniri in loco ubi reperitur, quod intellige de levioribus delictis, *L. 1. Cod. ubi de crim.*

IX.

CLerici etiam fortiuntur forû ratione delicti, non tamen aliud quam Ecclesiasticû, *cap. postulasti* 14. *ext. h. t.* ita quoq; à jurisdictione Judicis laici exempti sunt, ut per sæculares ratione delicti, ne quidē capi aut detineri possint, quin

A 5

inci-

incidant in poenam, *can. si quis suadente XVII. q. 4 Mart. de Iurisd. p. 4. cent. 2. cas. 121. n. 13.*

X.

CLericus ex jure divino exemptus est à jurisdictione laicorum, *Concil. trid. sess. 25. de reform. cap. 20.* cui privilegio ne quidem cum juramento renuntiare potest, sed coram Ecclesiastico tam in realibus, quam personalibus conveniendus est, *cit. Mart. p. 4. cas. 125.* nec licite prorogat jurisdictionem judicis Ecclesiastici incompetentis in se sine consensu sui ordinarii *cap. 18. ext. h. t.*

XI.

Utrum autem clericus actor coram giudice laico conveniri possit? problema esto.

XII.

IN possessorio Judicio rei spiritualis competens Judex est Ecclesiasticus, si uterque contendendum sit clericus, aut à laico conveniatur clericus, *Arg. cap. 1. ext. de caa poss. & ppriet. Covarr. pp. qq. cap. 35. n. 1. vers. 2. fachin. 8. cont. 15. böer. de Iurisd. c. 3. n. 29.*

XIII.

CLericus in minoribus solum constitutus non gaudet privilegio fori, nisi sit beneficiatus, aut habitum & tonsuram deferens alicui Ecclesiae de mandato Episcopi interserviat, aut clericaliter incedens in aliquo seminario, aut in schola

schola vel universitate de licentia Episcopi versetur, *Conc. trid. sess. 23. cap. 6. de reform.*

XIV.

UT clericus dimittens habitum amittat privilegium fori, requiritur trina monitio Episcopi, *cap. in audientia ext. de sent. excomm.*

XV.

LAicus factus clericus post contracta debita, & obligationes, vel commissa delicta nunquam respectu personæ potest citari, nec judicari per Judices sæculares, *arg. L. qui cum uno ff. de re milit. L. quisquis Cod. de Episc. & cler. felyn. in cap. extenore n. 19, v. fallit. II. de rescript. & in cap. fin. n. 14. vers. & facerent de constit. utrum autem præventus, coram Judice sæculari ante clericatum eidem Judicio usque ad decisionem stare teneatur diversæ sunt AA. sententiæ. Sequor, *Lud. Eng. §. 6 n. 53. h. t. Mart. de Jurisd. p. 4. cent. 2. cas. 121.* quod in causa criminali & Civili personali in eodem Judicio amplius respondere non teneatur, quamvis aliud sit in actione reali, *Anchar. in cap. ea que q. 14. de reg. Jur. in 6to.**

XVI.

EX qualitate causæ datur etiam competentia fori, ut causæ Ecclesiasticæ coram Judice Ecclesiastico, & profanæ coram sæculari ventilari debeant, nisi in his etiam agatur de peccato


peccato & obligatione conscientiae, de quo cognoscit Ecclesiasticus *cap. novit. 13. ext. de lud.* & sic licet delictum testatoris ex Jure civili non transeat ad heredem *L. unica C. ex delictis defunct.* Jure Canonico tamen, in quo recedit à jure civili, ad exonerandam defuncti conscientiam haeres compelli potest *cap. fin. ext. de sepult. cap. in litt. 5. ext. de rapt.*

XVII.

CAusæ mixti fori, ut sunt causæ miserabilium, criminales pro quibus tam Canonico, quam civili jure poenæ constitutæ sunt, contractus jurati &c. in utroq; tam Ecclesiastico quam sæculari judicio ventilari possunt, unde locus præventioni datur. *Eng. h. t. §. 2.*

XVIII.

CAusæ feudales proprium habent judicem, nullo habito respectu personarum. *Eng. p. 2. §. 14. h. t. vult in suo speciali tractatu de feudis, & aliàs passim.*




Köln, Diss., 1629-1787


ULB Halle 3
006 793 150



TA → OL







THESES CANONICO-JURIDICAE PRO DISPUTATIONE INAUGURALI, 1690, 2
DE
FORO COMPETENTI,

Quas

Protectore Dno JESU, ejusq; magnâ matre MARIA tutrice
Sub praesidio

PRAE-ET NOBILIVM, GLARISSIMORVM, CONSULTISSIMORVMQUE Virorum ac Dominorum

D. WILHELMI KLEY J.U. Licentiati & Professoris Ordinarii & Juridicæ Facultatis Dictatoris,

Nec non

D. JOANNIS NABBEN J.U. Doctoris, Professoris Ordinarii ejusdemque Facultatis Fisci,
In alma Universitate Coloniensi publicè,

Oppugnandas proponit

PHILIPPVS Stückman conditus Porte
Richlinghusio Westphalus presbyter.
Die 17. Julij horâ & loco consveto.



Coloniæ Agrippinæ, Typis PETRI THEODORI HILDEN, Ven. Facult.
Juridicæ Typographi jurati & Ordinarii, Anno 1690.

H.
4

13